


R. 22800. p. 1. & tantum provenit diuiso
30. per R. v. cu. 2052. p. 45. m. R. v. cu.
R. 2052. m. 45.

28 Vigesima octava, Sit trigonus a b c & sit
a b 14. a c 11. b c 16. & velim in illo fa-
cere murum crassitudinis brachiorum 2.
Volo scire latera capacitatis interioris vide-
licet d e f & etiam aream, & etiam quan-
tus est murus angularis videlicet linea a d.
debes scire quod de trigono æquilatere dixi-
mus in capitulo sexagesimo septimo. Et ideo

hæc est longe difficilior. Protraho tres per-
pendiculares ab angulis a b c, & erunt a g,
b l, c k erunt autem notæ vt patet ex capi-
tulo operis, quæram igitur vt vna operatio-
ne habeam omnes perpendiculares & aream
trigoni a b c faciendo vt vides, & habebis
aream trigoni a b c R. 5696⁷/₁₆ quam diuide
per dimidium cuiuslibet lateris, & habebis
katetos a g R. 89⁷/₁₀₂₄, b l R. 188¹⁵/₄₈₄, c k R.
116¹⁹⁹/₇₈₄. deinde producam latera d e vsque ad
p. & d f vsque ad n, & e f in vtramque partem,

16.
14.
11.
—
41.
2.
—
20¹/₂.
4¹/₂.
6¹/₂.
9¹/₂.
—
R. 5696⁷/₁₆.



eruntque superficies e o b p & f m n c
æquidistantium laterum. Quare b p est
æqualis b o, & m f æqualis n c, & n f
æqualis m c: Dic igitur si R. 89⁷/₁₀₂₄ produ-
cit R. 89⁷/₁₀₂₄ m. 2. quid producet 16? mul-
tiplica 16. R. in 89. m. 2. fit R. 22785³/₄ m.
32. diuide per R. 89⁷/₁₀₂₄ & exibat 16. m. R.
11⁴⁶⁰⁰³/₉₁₁₄₃ & tanta est o m. Circa quod nota
quod semper o m erit quanta est c b in nu-
mero videlicet 16. m. illud quod producit
diuiso eo quod fit ex g h quæ est 2. in b c quæ
est 16. fit 32. pro a g. Abbreviando igitur
ponemus o m 16. m. 32. diuiso per R.
89⁷/₁₀₂₄ & ita est 16. m. R. 11⁴⁶⁰⁰³/₉₁₁₄₃ & hoc
dixi ad abbrevianda alia exempla talia.
Postmodum dic si R. 188¹⁵/₄₈₄ producit 2.
quid producet 16? Diuide igitur idem 32.
per R. 188¹⁵/₄₈₄, exibat f m R. 5³²⁹⁰¹/₉₁₁₄₃: simi-
liter diuide 32. per R. 116¹⁹⁹/₇₈₄ & habebis
o e R. 89⁷/₁₀₂₄. Demptis igitur f m & o e ex
o m quæ fuit 16. R. 11⁴⁶⁰⁰³/₉₁₁₄₃, habebis e f
16. m. R. 11⁴⁶⁰⁰³/₉₁₁₄₃ m. R. 5³²⁹⁰¹/₉₁₁₄₃ m. R.
8⁷¹⁶⁷²/₉₁₁₄₃.

Abbreviatio igitur est, Multiplica 2.
grossitudinem muri in vnum latus putà
b c fiet 32. hoc diuide per omnes katetos,
& tria prodeuntia deme à latere ipso quod
multiplicasti & est 16. remanens erit quan-
titas lateris correspondentis e f.

Habito igitur vno latere dic per regu-
lam 3. si 16. producit 16. m. R. 11⁴⁶⁰⁰³/₉₁₁₄₃
m. R. 5³²⁹⁰¹/₉₁₁₄₃ m. R. 8⁷¹⁶⁷²/₉₁₁₄₃ quid producet
11? & quid producet 14? Multiplica præ-
dictum quadrinomialium per 11. & diuide per
16. quoc exit est quantitas d f, & similiter
multiplica prædictum quadrinomialium per
14. & diuide per 16. quod exit est quanti-
tas d e.

Habitis lateribus habebis aream per suum
modum, vel facilius. Quadrabis e f & si-
militer b c, eritque proportio quadrati b c
ad quadratum e f veluti trigoni a b c ad
trigonum d e f. Multiplica igitur quadra-

tum e f in aream trigoni a b c quæ fuit
R. 5696⁷/₁₆, & quod provenit diuide per 256.
quadratum b c, exiens est area trigoni d e f.

Pro abbreviacione talis operationis, no-
ta quod cum area trigoni diuisa per dimi-
dium laterum producantur kateti, igitur
kateti cuiuslibet trigoni sunt communican-
tes, & proportio illorum est veluti laterum.
Quare reducemus hæc quadrinomia in bi-
nomia, habebimus igitur e f 16. m. R.
75⁴⁹⁶⁵¹/₉₁₁₄₃, & d f 11. m. R. 35⁶⁴⁴/₉₁₁₄₃, & de 14.
m. R. 57⁷⁶¹⁶⁵/₉₁₁₄₃.

Ex his habebimus lineam a d hoc modo:
nam proportio b g ad g c est veluti o h ad
h m & quia o m fuit 16. m. R. 11⁴⁶⁰⁰³/₉₁₁₄₃, igitur
o h cognita est: & quia proportio e r
ad r f est veluti o h ad h m quia trianguli
sunt similes, & e f fuit 16. m. R. 75⁴⁹⁶⁵¹/₉₁₁₄₃,
igitur e r est cognita. Et quia e o cognita
fuit, igitur o r est cognita, quare detracta
o r ex o h remanebit h r cognita. Quare
& d t ei æqualis: & quia d r est cognita eo
quod est perpendicularis trigoni cuius
omnia latera & etiam area sunt cognita,
igitur h t cognita est. Et quia a h fuit R.
89⁷/₁₀₂₄ m. 2. igitur residuum detracta h t
cognita remanebit cognitum. Quare cum
a t & d t sint cognita erit a d R. aggregati
quadratorum a t & d t cognita quod fuit de-
monstrandum. Operationem dimisi quia
patet ex dictis.

Vigesima nona, Inuenias duos nu-
meros ex quorum multiplicatione fiant
6. & eorum cubi iuncti faciant 30. Tunc
regula est vt diuidas 30. in duas partes, ex
quarum multiplicatione proveniat 216. cu-
bus 6. & tales partes erunt 18. & 12. per
centesimam regulam quadragesimi secundi
capituli. Harum partium R. cubica sunt
numeri quæsi, id est R. cu. 18. & R. cu.
12. nam inuicem ducti faciunt R. cu. 216.
quæ est 6. ex supposito, & eorum cubi iun-
cti sunt 30.